



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 62. Suaresii Liber a Parisiensi Senatu Carnificis manu discerptus,  
rogoque addictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

P. Ludovicus Richeomius Jesuita nuper-  
 rime in suo Examine Cathegorico scri-  
 bere ausus esset, quod Marianæ doctri-  
 na sit in omnibus orthodoxa, & omni-  
 bus Ecclesiæ Doctoribus consona.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1614.

Pag. 219.  
 & seqq.

## §. LXII.

*Suaresii liber a Parisiensi Senatu car-  
 nificis manu discerptus, rogo-  
 que addictus.*

Invisum hoc Suaresii opus præcipue  
 ulserat Jacobum I. Angliæ Regem,  
 qui, cum se maxime illo peti cerneret,  
 illud flammis addixit, & apud Philip-  
 pum III. Hispaniæ Regem, ut idem fa-  
 ceret, pluribus institit: Cautè autem  
 Suaresius, dum de plurium Regum  
 exauctoratione in variis Regionibus fa-  
 cta mentionem fecerat, nullam de quo-  
 dam Hispaniæ Rege per Papam exau-  
 ctorato exemplum protulit, tacite in-  
 sinuans, quod hos a Pontificia, cui  
 ceteros Reges subjecerat, jurisdictione  
 eximere intenderit, si secus fecisset,  
 forte idem cum Baronio fatum subitu-  
 rus. Porro provida hæc circumspe-  
 ctio tantum Suaresio profecit, ut Phi-  
 lippus Rex ad proscribendam hunc li-  
 brum nullo pacto induci potuerit, si-  
 mulque Theologi, quibus Rex hujus  
 operis discussionem commiserat, illud

Juven. hist.  
 Soc. l. 12.  
 p. 5. p. 88.  
 Argentre  
 l. c. p. 89.

Sæc. XVII.

A. C. 1614

16. Decembr.  
1612.

ab omni pernicioſa doctrina alienum pronuntiarent, veriti, ne præjudicium afferrent approbationi, quam Petri Luſitani Proregis ac ſupremi Inquiſitoris juffu præmiſerant Conimbrianus, & Lameſceniſis Epifcopi, ac præcipue Ferdinandus Martinez Algerbiniſis Præſul, qui in ſua approbatione de Rege Clodoveo differens ait, quod ſi Angliæ Rex ejus exemplum ſequatur, ſpes ſit, fore, ut adſpirante luminis aura ad ſaniora Matris Eccleſiæ conſilia animum vere Regium adpellat, imitatus nempe Clodoveum, qui proxime moriturus ipſum Romanum Pontificem (quod ſciret unicum eſſe totius Eccleſiæ viſibile caput) corona regia redimivit: quo factò oppignoravit Regnum Gallorum in Eccleſiæ Romanæ præſidium, pariterque & obſequium, corona enim illa ad Sancti Petri conſeſſionem Regnum nominabat.

Verum benignam adeo fortem in Galliis non experiebatur Suaresii liber: Poſtquam enim Pariſini Senatores quosdam viros honoratos ad Jeſuitas rogatum miſerant, ut ſcriptotenus has proſitiones damnarent, ſuumque P. Generalem eo inducerent, ut contra hæc tam execrandas doctrinas mentem ſuam declararet, atque ejusmodi libros a Societate edi iterum inſiberet, hi ab eis id impetrare haud poterant, quin  
imo

imo omnem & emendationis spem ab-  
 jiciebant, cum eis nuntiatum esset,  
 quod Jesuitæ, in superhabito Patris Ge-  
 neralis sui interdicto die sexta Julii an-  
 no Christi decimo supra millesimum  
 sexcentimum edito, hunc librum Co-  
 nimbricæ anno Domini millesimo sex-  
 centesimo decimo tertio, & Coloniae  
 anno sequenti typis edere præsumpse-  
 rint: hinc Senatus Parisini decreto sta-  
 tutum ac declaratum, quod hoc in li-  
 bro propositiones scandalosæ, perni-  
 ciosæ, Sanctis Conciliis, antiquis Ca-  
 nonibus & Curia decretis adversæ, Re-  
 gumque incolumitati insidiantes con-  
 tineantur, proin pestilens hic foetus ro-  
 go addicatur, & ante Jesuitarum æ-  
 des vel Curia Palatium carnificis ma-  
 nu decerptus comburatur, cujus etiam  
 sententiæ exequendæ dies vigesima  
 sexta Junii destinabatur: altera die PP.  
 Armandus, Carolus de la Tour, Fron-  
 tonus & Sirmondus ad Curiam vocati  
 sunt, quibus ob violatam promissi fi-  
 dem, & vilipensum Generalis sui de-  
 cretum acriter reprehensis injunctum,  
 ut innovato ejusdem Generalis inter-  
 dicto Jesuitarum nullus libros tam per-  
 niciosos doctrinis scatentes in publicam  
 lucem edere præsumerent, oppositam  
 vero doctrinam e suggestu traderent, ni  
 tanquam læsæ Majestatis rei, pacisque  
 publi-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1614.

*Abrege de  
 l'hist. Eccles.  
 tom. 10.  
 art. 1. S. 4.*

Sæc. XVII. publicæ transgressores plecti malint:  
 A. C. 1614. Proximo autem semestri satisfactum  
 fuisse huic mandato, Jesuitæ Parisini  
 docere jubebantur. Attamen Paulus V.  
 Pontifex sententiam hanc in suum de-  
 decus, & Ecclesiæ præjudicium cedere  
 ratus, graviter apud Regem & Regi-  
 nam querebatur, sollicitantibus Jesui-  
 tis, qui Parisiense hoc decretum Ro-  
 mæ in acie Campi Floræ per carnifi-  
 cem comburi petebant: Horum vero  
 immoderatum Zelum tempestive repres-  
 sit Ternelus Marchio Galliæ Orator,  
 iteratam Societatis ejectionem e Gal-  
 liis comminatus, ni ab hac importuna  
 Pontificis instigatione desisterent. Ni-  
 hilominus Rex ad Regium Senatam se  
 præsentem præfatum Parlamenti decre-  
 tum afferri jussit, ac Pontificem pla-  
 cendi desiderium contestatus, se velle  
 declaravit, quod hujus decreti execu-  
 tio nullatenus legitimæ auctoritati Se-  
 dis Apostolicæ præjudicet: Hac tamen  
 declaratione nondum contentus Ponti-  
 fex, per Ubaldinum suum in Galliis Ora-  
 torem petiit, ut hoc decretum omnino  
 irritum declararetur: Id tamen con-  
 cessum minime, licet, annuente etiam  
 Pontifice, præfatæ sententiæ executio  
 fuerit suspensa: Porro hoc decretum  
 etiam fuisse revocatum, Societatis Hi-  
 storici scribunt, tacentibus ceteris.

§. LXIII.